lus ex eo queri tantū illi cui fit illi querit⁊ tantū. Si vo actū est ius queri vtriqꝫ tūc querit vtriqꝫ. In dubio vo pactū factuꝫ reo ꝓdest fideiussori. Sed nō pactum fa ctum fideiussori econtra prodest reo. nisi vbi fideiussori fit acceptilatio. ⁊ pncipa- lis obligatus est re. Quia tunc hec acce- ptilatio respectu principalis continet pa ctum. qđ sibi prodest lege ⁊ p iusiu. §. ⁊ si fideiussori. ff. de accep. Posset tamen di- ci qꝫ principalis liberat⁊ ipso iure. qꝛ hoc fit p cōsequentiā. vt ibi nota. In accepti latiōe aūt si fit principali prodest fideius- sori. Facta aūt fideiussori ꝓdest ei tantū si hoc est actū. In dubio ꝓdest principa- li licet nō semp. put no. in. l. si quis reum de libe. lega. ⁊ finaliter cōcludit⁊ qꝫ libera tio vni psone in vna re vel in vno debito ad aliā personā. aliā rem. vel aliud debi tum extendit⁊. Si hoc disponentem q̊uis pbabili medio voluisse significat⁊. Et li- liberatio generalis nō cōprehēdit que ibi nō contineri aliqđ mediū cōcludit. Et li- beratio cōcessa specialiter generaliter in ter viuos et vltima voluntate significat quod significare quoduis mediū proba bile declarat.

Libertas est res spūalis. ⁊ ideo potest veni re in cōmutationē cū alio spūali. de re. p- mu. ea. ad questiones. ⁊ de ser. nō ordi. c. nullus. in glo. vlti. Item libertas est na- turalis facultas eiꝰ qđ cuiqꝫ facere libet. nisi qđ vi aut iure prohibet⁊. insti. de iur. pso. in prin. Et hec facultas q̄uis late pa teat. tamē ei quādoqꝫ resistit⁊ de facto. vt quādo nō possumus qđ desideramꝰ. vel de iure. vt quādo nō facere furtū aut ra pinam prohibemur.

Libertas latina fuit libertas que habebat qꝫ si moreret⁊ ille cui dabat⁊ libertas. tunc tenuit. sed si supuixit tunc nō tenuit. sed hodie est correcta per legem primā. C. de la. lib. tol. Require supra latini. Et dice- batur latina p similitudinē. Nam vt ro- mani nominati sunt quia romanis subijci ebātur ⁊ incolumes mittebant⁊. licet hm rem latini vel romani nō essent. Et illa li bertas latina dr̄ cū nō esset vera libertas.

Libertas dedititia. Req. supra dedititia.

Libertas fideicōmissoria ē quā testator di- recte nō voluit cōpetere. sed p manumis sionē alterius cuius fidei hoc cōmisit. scꝫ vt manumitteret.

Libertas testamētaria est que ex ipso testa- mento directe cōpetit. vt. C. de testa. ma. in prin. in glo.

Libertas vindicte est que fit per vindictā. C. de vin. liber. in prin. glo.

Liberti siue libertini sūt qui ex iusta causa a seruitute manumissi sunt. Nec est inter eos differentia. licet quidā minus prudē ter dicunt libertinū esse filiū liberti. vnde libertus meꝰ vel libertinus dicit⁊ ille qui seruus meus fuit sed manumisi eum. Et ego ipsi dicor patronus. de quo sup ver. in seruitute. insti. de liberti.

Libertus abortiuus est qui in testamento eius qui abortus est. id est mortuus ma- numittitur.

Libertus assignatitiꝰ est quē patronꝰ eiꝰ ex liberis suis esse velit ipm assignauit.

Librarius est q̄ in libra apponēdo pōdera causas rerū determinat. vel est libros vē- dens ⁊ custodiens.

Libripens idē est qđ librarius. de quo glo. insti. de testa. or. in prin.

Liberatio sumit⁊ pro dispositione liberato- ria ⁊ significat diuersimode. vt supra ha betur. H. D.

Liceri vel licitari est rem appreciare. vnde dicit⁊ nō curo centū grecos vno obulo li- ceri. Sed licere actiuū significat rem pre cio mēsurabilē estimare quāto precio va leat. vnde ver. Diues in orbe licꝫ. paupe rem sed nemo licetur.

Liceor enim est actiuū in significatōe ⁊ pas siuū in voce. Sed liceo contra. Vn̄. Nō licet asse mihi. qui me non asse licet⁊. In- de licitare est frequēter estimare valoreꝫ rei vendibilis. Et licitator. i. suasor vel ꝓ uocator seu prosenenta.

Licitatio est venditio proposita vt cum ali quis empto in re ab altero volēte emere precium auget. Unde quādo aliqua res

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-840/0178

Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt

gefördert durch die DFG